

101

Multas per gentes et multa per aequora vectus
 advenio has miseras, frater, ad inferias,
 ut te postremo donarem munere mortis
 et mutam nequiquam alloquerer cinerem,
 quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum,
 heu miser indigne frater adempte mihi!
 Nunc tamen interea haec, prisco quae more parentum
 tradita sunt tristi munere ad inferias,
 accipe fraterno multum manantia fletu,
 10 atque in perpetuum, frater, ave atque vale!

102

Si quicumque tacito commissum est fido ab amico,
 cuius sit penitus nota fides animi,
 meque esse invenies illorum iure sacratum,
 Corneli, et factum me esse puta Arpocratem.

103

Aut, sodes, mihi redde decem sestertia, Silo,
 deinde esto quamvis saevus et indomitus;
 aut, si te nummi delectant, desine, quaeso,
 leno esse atque idem saevus et indomitus.

101, 2. advenio V: adveni Avant. 6. heu miser: hei misero Trinc. 7. haec: hoc X m (in terra) hac Rossbach | prisco quae Patm.: priscoque V prisco de Ven. 8. tristi munere V: tristia munera Ital. tristis munera 0
 102, 1. Si quicumque X m: i quicumque O si quoi (cui) quid Palmer | tacito: tacite Munro (quidquid) taciti Stat. | amico R² m Ital. Ven.: antiquo V 3. meque V: me aequo Vossius | illorum V: Indorum Bachrens mystarum Lenchantin hilorum Herrmann
 103, 1. sestertia Ven.: sextertia D Ital. sextercia V 2. esto D²: est o X est O es o D (?) 3. num(m)i R² D² Ital.: mimi (mi mi) X mimmi O

101

Di gente in gente, di mare in mare ho viaggiato,
 o fratello, e giungo a questa cerimonia funeraria
 per consegnarti il dono supremo di morte
 e per parlare invano con le tue ceneri mute,
 poiché la sorte mi ha rapito te, proprio te,
 o infelice fratello precocemente strappato al mio affetto.
 E ora queste offerte, che io porgo, come comanda l'antico
 rito degli avi, dono dolente per la cerimonia,
 gradisci; sono madide di molto pianto fraterno;
 10 e ti saluto per sempre, o fratello, addio.

102

Quando un amico confida sicuro un segreto, da non rivelare,
 a un altro suo amico,
 è perché ne conosce l'intima onestà dell'animo;
 tu, Cornelio, farai la prova che anch'io sono legato
 dal loro giuramento e ritieni che sia divenuto un Arpocrate.

103

O mi restituisci, se ce la fai, quei diecimila sesterzi, Silone,
 e poi fai pure il burbero e l'intransigente;
 o, se quei denari ti piacciono tanto, smettila, ti prego,
 di fare il mezzano e insieme il burbero e l'intransigente.

101, 1. Verg. Aen. VI 692 6. Ovid. Fast. IV 852 10. CLE 734, 11 sq.; 1552, 6